



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 160. Supplicium Esparri capite trunkati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

decretum, quo bellum hoc conclusum fuerat, penitus rejiceretur, nihilominus cum Æneam solidas duas horas perorantem summa attentione percepissent, omnium repente animi ad pristina belli studia incaluere, decretumque Ratisbonense de expeditione ineunda innovatum est, Hungaris quoque auxilium Equitum decem millium, peditumque triginta duorum promittebatur. Statutum præterea, ut ad Cæsarem Electores Imperii, ceterique Germaniæ Principes sese conferrent, ac ea, quæ reliqua essent, decernerent.

Sæcul. XV.
A. C. 1454.

§. CLX.

Supplicium Esparri capite truncati.

Hoc anno Carolus Caroliæ Comes, Ducis Burgundi Filius uxorem sibi duxit Isabellam Borboniam, Caroli Borbonii Ducis filiam. Eodem quoque tempore Esparrus in jus vocatus est, qui olim ex Aquitannia exul, Pictavium secessit. Rex haud ignorabat, proditorem hunc moliri, ut secretis consiliis Anglos in Gallias revocaret, ac altera vice eisdem Burdegalam urbem traderet, hinc eum apprehendi iussit, qui cum interrogatus, crimenque confessus esset, capite plectitur, ac corpus ejus in sex partes dissectum in diversis patibulis expositum est.

Joa. Chart.
hist. Car. VII

§. CLXI.

E e

Hist. Eccles. Tom. XXVIII.